



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

**Parisiis, 1644**

X. Vt clericus episcopo non obediens stipendio careat, & communione priuetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15221**

ANNO  
CHRISTI  
189.

X.

Hoc maxime definitum est, vt nullus audeat clericorum ordinationem sui episcopi contemnere; sed vbi ordinatus fuerit, ambulare debeat cum gratia & obedientia, & quæ iniuncta fuerint agere. Quod si sub cothurno superbiæ neglexerit implere, non solum a stipendio, sed vno anno a communionem priuetur.

XI.

Amodo nulli liceat episcoporum ordinare diaconum, aut presbyterum literas ignorantem: sed si qui ordinati fuerint, cogantur discere. Qui vero diaconus aut presbyter fuerit literis ineruditus, & desidiose legere vel implere officium distulerit, & in ecclesia ad omnia utilis non fuerit, ab stipendio reiiciendum, & inclinandum, quoadusque curuatus impleat & defendat, quod esse cognoscitur. Ad quid erit in ecclesia Dei, si non fuerit ad legendum exercitatus? Et si perseverauerit desidiose, & non vult proficere, mittatur in monasterio, quia non potest ædificare populum.

XII.

Hæc maxime pro Dei timore, & modo disciplinæ canonicæ, elegimus custodienda vel tenenda, vt dum Missa celebratur, nullus presbyter, aut diaconus, absque aliqua infirmitate, dum Missa perficitur, egredi de altario audeat. Nec diaconus, aut subdiaconus certe, vel lector, antequam Missa consummetur, alba se præsumat exuere. Quod si quisquam non impleuerit constitutum, presbyteri increpentur vt redeant, diaconos & execrandos, & sti-